7. *Qui fin*-xit sigillátim **cor**-da e-**ó**-rum : * *qui in*-télligit ómnia ó-pe[1]-ra[2] e[3]-ó[4]-rum[5].
8. *Ec-ce* óculi Dómini super metu-**én**-tes e-um : * *et in* eis, qui sperant super miseri-cór[1]-di[2]-a[3] e[4]-ius[5].


AD INTROITUM INTRET *Ps. 78, 2-3*

IV 

Po- su- érunt morticína servórum tuórum, | escas vola-tí[1]-




li[2]-bus[3] cæ- li : * *car-nes* sanctórum tuórum | bé-sti[1]- is[2]




ter[3]-ræ[4]. *Ant.*

Ef-fu-dérunt sánguinem eórum tamquam aquam | in circú-i[1]-tu[2] Ie[3]-**rú**-salem : * *et non* erat qui se[1]-pe[2]-lí[3]-ret[4].

AD COMMUNIONEM ET SI CORAM *Canticum Sapientiæ 3, 1-3, 5, 8-9*

I 

1. *Iu-stó*-rum ánimæ in **ma**- nu De- **i** `sunt, * *et non* tan-



get illos tor[1]-mén[2]-tum[3] mor[4]- tis[5]. *Ant.*

2. *Vi-si* sunt óculis insipi-**én**-tium **mo**-ri : * *et æ*-stimáta est afflíctio éx-i[1]-tus[2] il[3]-ló[4]-rum[5].
3. *Et quod* a nobis est iter ex-termí-**ni**-um : * *il-li* au-tem[1] sunt[2] in[3] pa[4]-ce[5].
4. *In pau*-cis vexáti, in multis bene **dis**-po-**nén**-tur : * *quó-ni*-am Deus tentávit eos, | et invénit il[1]-los[2] di[3]-gnos[4] se[5].

5. *Iu-di*-cábunt natiónes et domina-**bún**-tur pó-**pu**-lis, * *et re*-gnábit Dóminus illórum in[1] per[2]-pé[3]-tu[4]-um[5].


6. *Qui con*-fídunt in illo, intélligent **ve**-ri-**tá**-tem : * *et fi*-déles in dilectióne, ac-qui[1]-é[2]-scent[3] il[4]-li[5].

Ad Introitum Sapiéntiam, *ut supra ad Communionem* Gaudéte, iusti, 147, *cum terminatione* **a.**

Ad Communionem Dico autem vobis, *ut in festo S. Stephani Protomartyris*, 39 (*vel Psalmus 33*, VIII, 22, ℣℣. 1, 6-7, 15-22).


AD INTROITUM SALUS AUTEM *Ps. 36, 29 et 40*

I



Iu-sti autem heredi-**tá**- bunt **ter**-ram : * *et in*-ha-bi-

1 2 3 4 5




tábunt in sǽculum sǽcu-li[1] su[2]-per[3] e[4]-am[5]. *Ant.*

Et ad-iuvábit eos Dóminus et libe-**rá**-bit **e**-os : * *et é*-ruet eos a peccatóribus, et salvábit eos : | quia spera-vé[1]-runt[2] in[3] e[4]-o[5].

AD COMMUNIONEM QUOD DICO VOBIS *Psalmus 125*


1 2 3

IV



1. *In con*-verténdo Dóminus capti-vi[1]- tá[2]-tem[3] **Si**- on : *

1 2 3 4



fa- cti sumus sicut con[1]-so[2]-lá[3]- ti[4] : *Ant.*

2. *Tunc re*-plétum est gáu-di[1]-o[2] os[3] **no**-strum : * *et lin*-gua nostra exsul-ta[1]-ti[2]-ó[3]-ne[4].

3. *Tunc di*-cent[1] in[2]-ter[3] **gen**-tes : * *Ma-gni*-ficávit Dóminus fáce-re[1] cum[2] e[3]-is[4].

4. *Ma-gni*-ficávit Dóminus fá-ce[1]-re[2] no[3]-**bís**-cum : * *fa-cti* su-mus[1] læ[2]-tán[3]-tes[4].

5. *Con-vér*-te, Dómine, capti-vi[1]-tá[2]-tem[3] **no**-stram, * *sic-ut* torrens[1] in[2] Au[3]-stro[4].


6. *Qui sé*-mi[1]-nant[2] in[3] **lá**-crimis, * *in ex*-sultati-ó[1]-ne[2] me[3]-tent[4].
7. *E-ún*-tes i[1]-bant[2] et[3] **fle**-bant, * *mit-tén*-tes sé-mi[1]-na[2] su[3]-a[4].
8. *Ve-ni*-éntes autem vénient cum ex-sul[1]-ta[2]-ti[3]-ó-ne, * *portán*-tes maní-pu[1]-los[2] su[3]-os[4].

Ad libitum, Psalmus 33, IV, 14, ℣℣. 1, 6-7, 15-22, *cum terminatione ut supra.*


COMMUNE CONFESSORIS PONTIFICIS

Ad Introitum Státuit, *ut supra,* 141.

AD COMMUNIONEM FIDELIS SERVUS *Ps. 131, 1, 9-13, 16-18*

VII 

1. *Me- mén*-to, **Dó**-mi-ne, **Da**-vid, * *et om*-nis mansue-




tú[1]- di[2]-nis[3] e[4]- ius[5]. *Ant.*

2. *Sa-cer*-dótes tui indu-**án**-tur iustí-**ti**-am : * *et san*-cti tu[1]-i[2] ex[3]-súl[4]-tent[5].
3. *Pro-pter* David, **ser**-vum **tu**-um, * *non a*-vértas fáci-em[1] chri[2]-sti[3] tu[4]-i[5].
4. *Iu-rá*-vit Dóminus David veritátem, | et non fru-**strá**-bitur e-am : * *De fru*-ctu ventris tui ponam su-per[1] se[2]-dem[3] tu[4]-am[5].
5. *Si cu*-stodíerint fílii tui testa-**mén**-tum **me**-um, * *et te*-stimónia mea hæc, quæ do[1]-cé[2]-bo[3] e[4]-os[5].
6. *Et fí*-lii eórum **us**-que in **sǽ**-**cu**-lum, * *se-dé*-bunt su-per[1] se[2]-dem[3] tu[4]-am[5].
7. *Quó-ni*-am elégit **Dó**-minus **Si**-on : * *e-lé*-git eam in habitati[1]-ó[2]-nem[3] si[4]-bi[5].
8. *Sa-cer*-dótes eius índuam **sa**-**lu**-**tá**-ri : * *et san*-cti eius exsultatió-ne[1] ex[2]-sul[3]-tá[4]-bunt[5].
9. *Il-luc* prodúcam **cor**-nu **Da**-vid, * *pa-rá*-vi lucér-nam[1] chri[2]-sto[3] me[4]-o[5].
10. *In-i*-mícos eius índuam con-**fu**-**si**-**ó**-ne : * *su-per* ipsum autem | efflorébit sanctifi-cá[1]-ti[2]-o[3] me[4]-a[5].


Ad libitum, Psalmus 33, VII, 22.

AD INTROITUM SACERDOTES TUI *Ps. 131, 16-17*

III



*Sa-cer-*dótes eius índuam **sa-** lu- **tá-** ri : * *et san-*




cti eius exsultatió-ne[1] ex[2]-sul[3]-tá[4]-bunt[5]. *Ant.*

Il-luc prodúcam **cor**-nu **Da**-vid, * *pa-rá-*vi lucér-nam[1] chri[2]-sto[3] me[4]-o[5].

AD COMMUNIONEM BEATUS SERVUS *Ps. 19, 2-8*

III



1. *Ex-áu-*diat te Dóminus in die tribu-**la-** ti- **ó-** nis : *



*pró- te-*gat te no-men[1] De[2]- i[3] Ia[4]-cob[5]. *Ant.* Be- á-tus...

2. *Mit-tat* tibi auxíli-**um** de **san**-cto : * *et de* Sion tu[1]-e[2]-á[3]-tur[4] te[5].

3. *Me-mor* sit omnis sacri-**fí**-cii **tu**-i : * *et ho-*locáustum tu-um[1] pin[2]-gue[3] fi[4]-at[5].

4. *Trí-bu-*at tibi se-**cún**-dum cor **tu**-um : * *et om-*ne consílium tu[1]-um[2] con[3]-fír[4]-met[5].

5. *Lae-tá-*bimur in salu-**tá**-ri **tu**-o : * *et in* nómine Dei nostri ma-gni[1]-fi[2]-cá[3]-bi[4]-mur[5].

6. *Im-ple-*at Dóminus petiti-**ó**-nes **tu**-as : * *nunc co-*gnóvi quóniam salvum fecit Dómi-nus[1] chri[2]-stum[3] su[4]-um[5].

7. *Ex-áu-*diet illum de caelo **san**-cto **su**-o : * *in po-*tentátibus salus déx[1]-te[2]-rae[3] e[4]-ius[5].


8. *Hi in* cúrribus, et **hi** in **e**-quis : * *nos au-*tem in nómine Dómini Dei nostri, in[1]-vo[2]-cá[3]-bi[4]-mus[5].

Ad libitum, Psalmus 33, III, 14.


COMMUNE DOCTORUM

AD INTROITUM *Ps. 91, 13-14*


VI




Iustus ut palma flo-ré-bit : * sicut cedrus Líbani multi-



pli-cá-bi-tur. *Ant.*




Plantá- ti in domo Dómi- ni, * in átriis domus Dei no-




stri flo-ré-bunt. *Ant.*

AD COMMUNIONEM *Ps. 118, 1-2, 14, 24, 30, 48, 99-100, 129-130*

VII



Be- *á-* ti immacu-lá- ti in vi- a : * *qui* *ám-*bulant



in le[1]-ge[2] Dó[3]-mi[4]- ni[5]. *Ant.*

2. *Be-á-*ti, qui scrutántur testi-**mó**-nia **e**-ius : * *in to-*to corde ex[1]-quí[2]-runt[3] e[4]-um[5].

3. *In vi-*a testimoniórum tuórum **de**-lectá-**tus** sum, * *sic-ut* in ómni-bus[1] di[2]-ví[3]-ti[4]-is[5].

4. *Nam et* testimónia tua medi-**tá**-tio me-**a** est : * *et con*-sílium meum iustifica-ti[1]-ó[2]-nes[3] tu[4]-æ[5].

5. *Vi-am* veri-**tá**-tis e-lé-gi : * *iu-dí*-cia tua non[1] sum[2] o[3]-blí[4]-tus[5].

6. *Et le*-vávi manus meas ad mandáta tua, **quæ** di-**lé**-xi : * *et ex*-ercébar in iustificati-ó[1]-ni[2]-bus[3] tu[4]-is[5].

7. *Su-per* omnes docéntes me **in**-tel-**lé**-xi : * *qui-a* testimónia tua meditá-ti[1]-o[2] me[3]-a[4] est[5].

8. *Su-per* senes **in**-tel-**lé**-xi : * *qui-a* mandáta tu[1]-a[2] quæ[3]-sí[4]-vi[5].


9. *Mi-ra*-bília testi-**mó**-nia **tu**-a : * *íd-e*-o scrutáta est ea á[1]-ni[2]-ma[3] me[4]-a[5].

10. *De-cla*-rátio sermónum tu-**ó**-rum illú-**mi**-nat : * *et in*-tellé-ctum[1] dat[2] pár[3]-vu[4]-lis[5].

Ad libitum, Psalmus 33, VII, 22.


COMMUNE CONFESSORIS NON PONTIFICIS

AD INTROITUM OS IUSTI *Ps. 36, 3 et 26*




AD COMMUNIONEM BEATUS SERVUS *Psalmus 120*

III



1. *Le-vá-*vi óculos **me-** os in **mon-**tes, * *un-de* vé-

1 2 3 4 5



niet au-xí[1]- li[2]- um[3] mi[4]-hi[5]. *Ant.* Be- á-tus...

2. *Au-xí-*lium **me-**um a Dó-**mi-**no, * *qui fe-*cit cæ[1]-lum[2] et[3] ter[4]-ram[5].

3. *Non det* in commotiónem **pe-**dem **tu-**um : * *ne-que* dormítet qui[1] cu[2]-stó[3]-dit[4] te[5].

4. *Ec-ce* non dormitábit **ne-**que dór-**mi-**et, * *qui cu-*stó[1]-dit[2] Is[3]-ra[4]-ël[5].

5. *Dó-mi-*nus custódit te, Dóminus pro-**té-**ctio **tu-**a, * *su-per* manum déx[1]-te[2]-ram[3] tu[4]-am[5].

6. *Per di-*em **sol** non u-**ret** te : * *ne-que* lu[1]-na[2] per[3] no[4]-ctem[5].


7. *Dó-mi-*nus custódit te ab **om-**ni **ma-**lo : * *cu-stó-*diat ánimam tu[1]-am[2] Dó[3]-mi[4]-nus[5].

8. *Dó-mi-*nus custódiat intróitum tuum, et **éx-**itum **tu-**um : * *ex hoc* nunc, et us-que[1] in[2] sǽ[3]-cu[4]-lum[5].

Ad libitum, Psalmus 33, III, 14.


AD INTROITUM IUSTUS UT PALMA *Ps. 91, 3 et 5*

I



*Ad an-*nuntiándum mane miseri-**cór-**di- am **tu-** am : *

1 2 3 4 5




*et ve-*ritátem tu[1]- am[2] per[3] no[4]- ctem[5]. *Ant.*

Qui-a delectásti me, Dómine, in fa-**ctú-**ra **tu-**a : * *et in* opéribus mánuum tuá-rum[1] ex[2]-sul[3]-tá[4]-bo[5].


AD COMMUNIONEM AMEN DICO VOBIS *Ps. 20, 2-7*

I



1. *Dó-mi*-ne, in virtúte tua læ-**tá**- bi- **tur** rex : * *et*

1 2 3 4 5



su-per salutáre tuum | exsultá-bit[1] ve[2]-he[3]-mén[4]- ter[5]. *Ant.*

2. *De-si*-dérium cordis eius tribu-**í**-sti **e**-i : * *et vo*-luntáte labiórum eius | non frau[1]-dá[2]-sti[3] e[4]-um[5].

3. *Quó-ni*-am prævenísti eum | in benedictióni-**bus** dulcé-**di**-nis : * *po-su*-ísti in cápite eius | corónam de lápi-de[1] pre[2]-ti[3]-ó[4]-so[5].

4. *Vi-tam* pétiit a te, | et tribuísti ei longitúdi-**nem** di-**é**-rum, * *in sǽ*-culum et in sǽ-cu[1]-lum[2] sǽ[3]-cu[4]-li[5].

5. *Ma-gna* est glória eius in salu-**tá**-ri **tu**-o : * *gló-ri*-am et magnum decórem | impó-nes[1] su[2]-per[3] e[4]-um[5].

6. *Quó-ni*-am dabis eum in benedictiónem | in **sǽ**-culum sǽ-**cu**-li: * *læ-ti*-ficábis eum in gáudio cum[1] vul[2]-tu[3] tu[4]-o[5].


Ad libitum, Psalmus 33, 1, 12.

COMMUNE ABBATUM

Ad Introitum Os iusti, *ut supra,* 153.


AD COMMUNIONEM FIDELIS SERVUS *Ps. 111, 1-9*

VII



1. *Be- á*-tus vir, qui **ti**- met Dó-**mi**-num : * *in man-*

1 2 3 4 5



dátis e-ius[1] vo[2]-let[3] ni[4]- mis[5]. *Ant.*

2. *Po-tens* in terra erit **se**-men **e**-ius : * *ge-ne*-rátio rectórum be[1]-ne[2]-di[3]-cé[4]-tur[5].

3. *Gló-ri*-a et divítiæ in **do**-mo **e**-ius : * *et iu*-stítia eius manet in sǽ-cu[1]-lum[2] sǽ[3]-cu[4]-li[5].

4. *Ex-ór*-tum est in ténebris **lu**-men **re**-ctis : * *mi-sé*-ricors, et mise-rá[1]-tor[2], et[3] iu[4]-stus[5].

5. *Iu-cún*-dus homo qui miserétur et cómmodat, | dispónet sermónes suos **in** iudí-**ci**-o : * *qui-a* in ætérnum non com[1]-mo[2]-vé[3]-bi[4]-tur[5].

6. *In me*-mória ætérna **e**-rit **iu**-stus : * *ab au*-ditióne ma-la[1] non[2] ti[3]-mé[4]-bit[5].

7. *Pa-rá*-tum cor eius speráre in Dómino, | confirmátum **est** cor **e**-ius : * *non com*-movébitur donec despíciat in-i[1]-mí[2]-cos[3] su[4]-os[5].

8. *Di-spér*-sit, dedit paupéribus : | iustítia eius manet in **sǽ**-culum **sǽ**-**cu**-li, * *cor-nu* eius exaltábi-tur[1] in[2] gló[3]-ri[4]-a[5].

Ad libitum, Psalmus 33, VII, 22.


COMMUNE VIRGINUM

Ad Introitum Loquébar, *ut in dominica XIX post Pentecosten, ad Communionem,* 132, ℣. 2 *et seq.*


Ad Communionem Confundántur supérbi, *ut in dominica XXI post Pentecosten,* 134.

Ad Introitum Me exspectavérunt, *ut in feria VI Q. T. Septembris, ad Communionem,* 130, ℣℣. 2 *et seq.*

AD COMMUNIONEM FECI IUDICIUM *Ps. 118, 1, 78, 81, 113, 115, 120, 163, 166*

IV


1. *Be- á*-ti immacu-lá[1]-ti[2] in[3] vi- a : * *qui ám*-bulant



in le-ge[1] Dó[2]-mi[3]-ni[4]. *Ant.*

2. *Con-fun*-dántur supérbi, | quia iniúste iniquitátem fe[1]-cé[2]-runt[3] **in** me : * *e-go* autem exercébor in man-dá[1]-tis[2] tu[3]-is[4].

3. *De-fé*-cit in salutáre tuum á[1]-ni[2]-ma[3] **me**-a : * *et in* verbum tuum su-per[1]-spe[2]-rá[3]-vi[4].

4. *In-i*-quos ó[1]-di[2]-o[3] **há**-bui : * *et le*-gem tu-am[1] di[2]-lé[3]-xi[4].

5. *De-cli*-náte a[1] me[2], ma[3]-**lí**-gni : * *et scru*-tábor mandáta De[1]-i[2] me[3]-i[4].

6. *Con-fi*-ge timóre tú-o[1] car[2]-nes[3] **me**-as : * *a iu*-díciis enim tu-is[1] tí[2]-mu[3]-i[4].


7. *In-i*-quitátem ódio hábui, et a[1]-bo[2]-mi[3]-**ná**-tus sum : * *le-gem* autem tu-am[1] di[2]-lé[3]-xi[4].

8. *Ex-spe*-ctábam salutá-re[1] tu[2]-um[3], **Dó**-mine : * *et man*-dáta tu-a[1] di[2]-lé[3]-xi[4].


Ad Introitum Dilexísti, *ut infra pro antiphona ad Communionem* Símile est, 158, ℣℣. *2 et seq.*

AD COMMUNIONEM QUINQUE PRUDENTES *Ps. 44, 2, 5, 8, 11, 13-16*

V



1. *E-ru*-ctávit cor meum ver-bum[1] **bo**- num : * *di*-co ego



ó-pe-ra **me**- a **re**- gi. *Ant.*

2. *Spé-ci*-e tua et pulchritúdi-ne[1] **tu**-a * *in*-ténde, próspere pro-**cé**-de, et **re**-gna.

3. *Di-le*-xísti iustítiam, et ódisti ini-qui[1]-**tá**-tem : * *pro*-ptérea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ | præ con-**sór**-tibus **tu**-is.

4. *Au-di*, fília, et vide, | et inclína au-rem[1] **tu**-am : * *et* oblivíscere pópulum tuum, | et domum **pa**-tris **tu**-i.

5. *Et fi*-liæ Tyri in mu[1]-**né**-ribus * *vul*-tum tuum deprecabúntur omnes **dí**-vites **ple**-bis.


6. *Om-nis* glória eius fíliæ regis ab[1] **in**-tus, * *in* fímbriis áureis circumamícta va-**ri**-e-**tá**-tibus.

7. *Ad-du*-céntur regi vírgines post[1] **e**-am : * *pró*-ximæ eius affe-**rén**-tur **ti**-bi.


8. *Af-fe*-réntur in lætítia et exsulta-ti[1]-**ó**-ne : * *ad*-ducéntur in **tem**-plum **re**-gis.

Ad libitum, Psalmus 33, V, 16.

AD INTROITUM VULTUM TUUM *Ps. 44, 5 et 8*




Spé- ci- e tua et pulchri- tú[1]-di[2]-ne[3] **tu**- a * *in-tén-*




de, próspere pro-cé[1]-de[2], et[3] re[4]-gna[5]. *Ant.*

Di-le-xí-sti iustítiam, et odísti in[1]-i[2]-qui[3]-**tá**-tem : * *pro-ptér*-ea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ | præ con-sór[1]-ti[2]-bus[3] tu[4]-is[5].

AD COMMUNIONEM SIMILE EST *Ps. 44, 2, 5, 8, 11, 13-16*



1. *E-ru-ctá*-vit cor me- um[1] ver[2]-bum[3] **bo**- num : * *di- co*



ego ópe-ra[1] me[2]-a[3] **re**- gi. *Ant.*

2. *Spé-ci-e* tua et pulchri-tú[1]-di[2]-ne[3] **tu**-a * *in-tén*-de, próspere pro-cé[1]-de[2], et[3] **re**-gna.

3. *Di-le-xí*-sti iustítiam et odísti in[1]-i[2]-qui[3]-**tá**-tem : * *pro-ptér*-ea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ | præ con-sór[1]-ti[2]-bus[3] **tu**-is.

4. *Au-di, fí*-lia, et vide, | et inclí-na[1] au[2]-rem[3] **tu**-am : * *et o*-bliviscere pópulum tuum, | et do-mum[1] pa[2]-tris[3] **tu**-i.

5. *Et fí-li*-æ Ty-ri[1] in[2] mu[3]-**né**-ribus, * *vul-tum* tuum deprecabúntur omnes dí[1]-vi[2]-tes[3] **ple**-bis.

6. *Om-nis gló*-ria eius fíliæ re[1]-gis[2] ab[3] **in**-tus, * *in fím*-briis áureis circumamícta va[1]-ri[2]-e[3]-**tá**-tibus.

7. *Ad-du-cén*-tur regi vír-gi[1]-nes[2] post[3] e-am : * *pró-xi*-mæ eius af-fe[1]-rén[2]-tur[3] **ti**-bi.

8. *Af-fe-rén*-tur in lætítia et ex-sul[1]-ta[2]-ti[3]-**ó**-ne : * *ad-du*-céntur in[1] tem[2]-plum[3] **re**-gis.

Ad libitum, Psalmus 33, VIII, 22.

COMMUNE NON VIRGINUM


Ad Introitum Me exspectavérunt, *ut in feria VI Q. T. Septembris*, 130, *ad Communionem*, ℣℣. 2 *et seq.*

Ad Communionem Príncipes persecúti sunt, *ut in dominica XXI post Pentecosten*, 134, *præter* ℣. 8.


Ad Introitum Cognóvi, *ut in dominica XX post Pentecosten*, 133.

AD COMMUNIONEM DILEXISTI *Ps. 44, 2, 5, 10-12*

IV



1\. *E- ru-* ctávit cor me- um[1] ver[2]-bum[3] **bo-** num : * *di-*



co ego ópera me[1]- a[2] re[3]-gi[4]. *Ant.* Di-le-xí- sti.

2\. *Spé-ci-*e tua et pulchri-tú[1]-di[2]-ne[3] **tu**-a * *in-tén-*de, próspere procé-de[1], et[2] re[3]-gna[4].

3\. *Pro-pter* veritátem, et mansuetúdi-nem[1], et[2] iu[3]-**stí**-tiam : * *et de-*dúcet te mirabíliter déx-te[1]-ra[2] tu[3]-a[4].

4\. *A-sti-*tit regína a dextris tuis in vestí-tu[1] de[2]-au[3]-**rá**-to : * *cir-cúm-*data va-ri[1]-e[2]-tá[3]-te[4].


5\. *Au-di*, fília, et vide, | et inclí-na[1] au[2]-rem[3] **tu**-am : * *et o-*blivíscere pópulum tuum, | et domum pa[1]-tris[2] tu[3]-i[4].

6\. *Et con-*cupíscet rex de[1]-có[2]-rem[3] **tu**-um : * *quó-ni-*am ipse est Dóminus Deus tuus, | et ado-rá[1]-bunt[2] e[3]-um[4].


COMMUNE DEDICATIONIS

AD INTROITUM *Ps. 83, 4 et 5*

II




Al-tá-ri- a tua, Dó-mi[1]-ne[2] vir[3]-**tú-** tum : * *rex me-* **us,**




et[1] De[2]- us[3] me[4]- us[5]. *Ant.*

Be-á-ti, qui hábitant in do-mo[1] tu[2]-a[3], **Dó-mine** : * *in sǽ-***cula** sæculó-rum[1] lau[2]-dá[3]-bunt[4] te[5].

AD COMMUNIONEM *Ps. 83, 2-5, 9-11*

V


1. *Quam di*-lécta tabernácula tua, Dómine vir[1]-**tú**- tum : *



con-cupíscit, et déficit ánima mea in **á**-tri- a **Dó**-**mi**-**ni**. *Ant.*

2. *Cor me*-um, et ca-ro[1] **me**-a * *ex*-sultavérunt in **De**-um **vi**-vum.

3. *Et-e*-nim passer invénit si-bi[1] **do**-mum : * *et* turtur nidum sibi, ubi ponat **pul**-los **su**-os.

4. *Al-tá*-ria tua, Dómine vir[1]-**tú**-tum : * *rex* meus, et **De**-us **me**-us.

5. *Be-á*-ti, qui hábitant in domo tu-a[1], **Dó**-mine : * *in* sæcula sæcu-**ló**-rum lau-**dá**-bunt te.

6. *Dó-mi*-ne, Deus virtútum, exáudi oratió-nem[1] **me**-am : * *áu*-ribus pércipe, **De**-us **Ia**-cob.

7. *Pro-té*-ctor noster áspi-ce[1], **De**-us : * *et* réspice in fáciem **chri**-sti **tu**-i :

8. *Qui-a* mélior est dies una in átriis tuis, **su**-per **míl**-lia.


9. *E-lé*-gi abiéctus esse in domo De-i[1] **me**-i : * *ma*-gis quam habitáre in tabernáculis **pec**-ca-**tó**-rum.

Ad libitum, Psalmus 33, V, 16.


COMMUNE FESTORUM B. MARIÆ V.

Ad Introitum Salve, sancta Parens, *ut supra pro antiphona ad Introitum* Vultum tuum, 158.

AD COMMUNIONEM *Ps. 44, 2, 5, 8, 10-16*

I


1. *E-ru*-ctávit cor meum **ver**- bum **bo**-num : * *di*- *co* ego



ópe-ra[1] me[2]-a[3] re[4]- gi[5]. *Ant.*

2. *Spé-ci*-e tua et pulchri-**tú**-dine **tu**-a * *in-tén*-de, próspere pro-cé[1]-de[2] et[3] re[4]-gna[5].

3. *Pro-pter* veritátem, et mansuetúdinem, **et** iustí-**ti**-am : * *et de*-dúcet te mirabíliter déx[1]-te[2]-ra[3] tu[4]-a[5].

4. *Di-le*-xísti iustítiam, et odísti i-**ni**-qui-**tá**-tem : * *pro-ptér*-ea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ | præ con-sór[1]-ti[2]-bus[3] tu[4]-is[5].

5. *A-sti*-tit regína a dextris tuis in vestítu **de**-au-**rá**-to : * *cir-cúm*-data va[1]-ri[2]-e[3]-tá[4]-te[5].

6. *Au-di*, fília, et vide, | et inclína **au**-rem **tu**-am : * *et o*-blivíscere pópulum tuum, | et do-mum[1] pa[2]-tris[3] tu[4]-i[5].

7. *Et con*-cupíscet rex de-**có**-rem **tu**-um : * *quó-ni*-am ipse est Dóminus, Deus tuus, | et ad-o[1]-rá[2]-bunt[3] e[4]-um[5].

8. *Et fi*-liæ Tyri **in** muné-**ri**-bus * *vul-tum* tuum deprecabúntur omnes dí[1]-vi[2]-tes[3] ple[4]-bis[5].


9. *Om-nis* glória eius fíliæ **re**-gis ab **in**-tus, * *in fím*-briis áureis circumamícta va-ri[1]-e[2]-tá[3]-ti[4]-bus[5].

10. *Ad-du*-céntur regi vírgi-**nes** post **e**-am : * *pró-xi*-mæ eius af-fe[1]-rén[2]-tur[3] ti[4]-bi[5].

11. *Af-fe*-réntur in lætítia et exsul-**ta**-ti-**ó**-ne : * *ad-du*-céntur in[1] tem[2]-plum[3] re[4]-gis[5].

Ad libitum, Psalmus 33, 1, 12, *vel Canticum B. M. V.*, 187.

Ad Introitum Roráte, *ut in dominica I Adventus,* 25, *ad Communionem,* ℣. 2 *et seq. cum terminatione tamen ut infra :*



E u[1] o[2] u[3] a[4] e[5].

Ad Communionem Ecce virgo, *ut in dominica IV Adventus,* 32.


PROPRIUM SANCTORUM

Die 30 nov. S. ANDREÆ APOSTOLI


Ad Introitum, *ut in festo S. Bartholomæi, ad Communionem,* 199, ℣℣. 2 *et seq., præter* ℣. 6.

AD COMMUNIONEM *Ps. 118, 1, 20, 40, 48, 65, 103, 167, 174*

VIII



1. *Be- á- ti* immacu-lá[1]-ti[2] in[3] vi- a, * *qui* *ám*-bu-



lant in[1] le[2]-ge[3] **Dó**-mi-ni. *Ant.*

2. *Con-cu-pí*-vit ánima mea | desideráre iustifica-ti[1]-ó[2]-nes[3] **tu**-as, * in[1] om[2]-ni[3] **tém**-pore.

3. *Ec-ce con*-cupívi man[1]-dá[2]-ta[3] **tu**-a : * *in æ*-quitáte tua vi[1]-ví[2]-fi[3]-**ca** me.

4. *Et le-vá*-vi manus meas | ad mandáta tu-a[1], quæ[2] di[3]-**lé**-xi : * *et ex*-ercébar in iustificati-ó[1]-ni[2]-bus[3] **tu**-is.

5. *Bo-ni-tá*-tem fecísti cum ser-vo[1] tu[2]-o[3], **Dó**-mine, * *se-cún*-dum[1] ver[2]-bum[3] **tu**-um.

6. *Quam dúl-ci*-a fáucibus meis e-ló[1]-qui[2]-a[3] **tu**-a, * *su-per* mel[1] o[2]-ri[3] **me**-o.

7. *Cu-sto-dí*-vit ánima mea testi-mó[1]-ni[2]-a[3] **tu**-a : * *et di*-léxit e-a[1] ve[2]-he[3]-**mén**-ter.

8. *Con-cu-pí*-vi salutá-re[1] tu[2]-um[3], **Dó**-mine : * *et lex* tua medi-tá[1]-ti[2]-o[3] **me**-a est.

FESTA DECEMBRIS


4 S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Doct.

Ut in Communi Doctorum, 152.


8 IN CONCEPTIONE IMMACULATA B. M. V.

Ad Introitum, *ut in Communi Summorum Pontificum*, 138.

AD COMMUNIONEM *Canticum B. M. V. Luc. 1, 46-55*



1. *Ma-gní- fi*-cat áni-ma[1] me[2]- a[3] **Dó**-mi-num : * *et ex-*



sultávit spíritus meus | in Deo, sa-lu[1]- tá[2]-ri[3] **me**- o. *Ant.*

2. *Qui-a re*-spéxit humilitátem an[1]-cíl[2]-læ[3] **su**-æ : * *ec-ce* enim ex hoc beátam me dicent | omnes gé-ne[1]-ra[2]-ti[3]-**ó**-nes.

3. *Qui-a fe*-cit mihi ma[1]-gna[2] qui[3] **po**-tens est : * *et san*-ctum[1] no[2]-men[3] **e**-ius.

4. *Et mi-se*-ricórdia eius a progéni-e[1] in[2] pro[3]-**gé**-nies * ti-mén[1]-ti[2]-bus[3] **e**-um.

5. *Fe-cit po*-téntiam in brá[1]-chi[2]-o[3] **su**-o : * *di-spér*-sit supérbos men-te[1] cor[2]-dis[3] **su**-i.

6. *De-pó-su*-it po-tén[1]-tes[2] de[3] **se**-de, * *et ex*-al[1]-tá[2]-vit[3] **hú**-miles.

7. *E-su-ri*-éntes im[1]-plé[2]-vit[3] **bo**-nis : * *et dí*-vites di-mí[1]-sit[2] in[3]-**á**-nes.

8. *Sus-cé-pit* Israël, pú[1]-e[2]-rum[3] **su**-um, * *re-cor*-dátus miseri-cór[1]-di[2]-æ[3] **su**-æ.

9. *Sic-ut lo*-cútus est ad[1] pa[2]-tres[3] **no**-stros, * *A-bra*-ham, et sémini e[1]-ius[2] in[3] **sǽ**-cula.


Ad libitum, Psalmus 44, ut ad Communionem Símile est, 158 (*vel Psalmus 33*, VIII, 22).

21 S. THOMÆ APOSTOLI


Ad Introitum, *ut in festo S. Bartholomæi, ad Communionem,* 199, ℣℣. *2 et seq., præter* ℣. 6.

AD COMMUNIONEM *Psalmus 125*


VI




1. In con-ver-téndo Dóminus capti- vi- tá-tem Si- on : *



facti sumus sic-ut con-so-lá-ti. *Ant.*




2. Tunc re-plé-tum est gáudi- o os no-strum : * et lingua




nostra exsulta- ti- ó-ne. *Ant.*




3. Tunc di- cent inter gentes : * Magnificávit Dóminus fá-ce-




re cum e- is. *Ant.*




4. Magni- ficávit Dóminus fá-ce- re no-biscum : * facti sumus




læ-tántes. *Ant.*



5. Con- vér-te, Dómine, capti-vi- tá-tem nostram, * sic-ut tor-




rens in Austro. *Ant.*




6. Qui sé-mi-nant in lácrimis, * in exsulta-ti- ó-ne me-tent. *Ant.*



7. E- úntes i-bant et fle-bant, * mitténtes sémi- na su- a. *Ant.*



8. Ve- ni- éntes autem vénient | cum exsul-ta-ti- óne, * por-



tántes ma-ní-pu- los su- os. *Ant.*


Ad libitum, Psalmus 33, VI, 16, ℣℣. 1, 6-7, 17-22.

FESTA IANUARII


19 SS. MARII ET SOCIORUM, MM.

AD INTROITUM *Ps. 67, 6 et 21*


VI




De- us in lo-co sancto su- o : * De- us qui inhabitáre fa-



cit unius mo-ris in do-mo. *Ant.*



De- us no-ster, Deus sal-vos fa-ci- éndi : * et Dómi-ni Dó-



mi-ni éx- i- tus mortis. *Ant.*


20 SS. FABIANI PAPÆ ET SEBASTIANI MM.

AD COMMUNIONEM *Ps. 78, 1-4, 10-11*


II



1. *De- us, ve-*nérunt gentes in here-di- tá-tem tu- am, | pol-



lu- érunt tem-plum[1] san[2]-ctum[3] tu- um : * *po- su-* érunt Ierú-



salem | in pomó-rum[1] cu[2]-stó[3]-di[4]- am[5]. *Ant.*

2. *Po-su-é-*runt morticína servórum tuórum, | escas vola-tí[1]-li[2]-bus[3] cæ-li : * *car-nes* sanctórum tuórum bé[1]-sti[2]-is[3] ter[4]-ræ[5].

3. *Ef-fu-dé-*runt sánguinem eórum tamquam aquam | in circú-i[1]-tu[2] Ie[3]-rú-salem : * *et non* erat qui[1] se[2]-pe[3]-lí[4]-ret[5].

4. *Fa-cti su-*mus oppróbrium vi[1]-cí[2]-nis[3] **no**-stris : * *sub-sán-*nátio et illúsio | his, qui in circú-i[1]-tu[2] no[3]-stro[4] sunt[5].

5. *Ul-ti-o* sánguinis servórum tuó-rum[1], qui[2] ef[3]-fú-sus est : * *in-tró-*eat in conspéctu tuo | gémitus com[1]-pe[2]-di[3]-tó[4]-rum[5].

6. *Se-cún-dum* magnitúdinem brá[1]-chi[2]-i[3] **tu**-i, * *pós-si-*de fílios mor-ti[1]-fi[2]-ca[3]-tó[4]-rum[5].


Ad libitum, Psalmus 33, 11, 12, ℣℣. 1, 17 *et seq.*

25 IN CONVERSIONE S. PAULI APOST.

Ad Introitum, *ut infra ad Communionem*, ℣. 3 *et* 6, *cum terminatione* **a**.


AD COMMUNIONEM *Ps. 138, 1-6, 17 cum terminatione* **D**

I




1. *Dó-mi*-ne, probásti me, et **co- gno-ví-sti** me : * *tu*

D 1 2 3 4 5



co-gnovísti sessiónem meam, | et resurre-cti[1]- ó[2]-nem[3] me[4]- am[5].

a 1 2 3 4 5



re-surre-cti[1]- ó[2]-nem[3] me[4]- am[5]. *Ant.*

2. *In-tel*-lexísti cogitatiónes **me**-as de **lon**-ge : * *sé-mi*-tam meam et funículum meum in[1]-ve[2]-sti[3]-gá[4]-sti[5].

3. *Et om*-nes vias meas **præ**-vi-**dí**-sti : * *qui-a* non est sermo in[1] lin[2]-gua[3] me[4]-a[5].

4. *Ec-ce*, Dómine, tu cognovísti ómnia, | novíssima **et** an-**tí**-qua : * *tu for*-másti me, | et posuísti super me[1] ma[2]-num[3] tu[4]-am[5].

5. *Mi-rá*-bilis facta est sciéntia **tu**-a **ex** me : * *con-for*-táta est, et non pó-te[1]-ro[2] ad[3] e[4]-am[5].


6. *Mi-hi* autem nimis honorificáti sunt amíci **tu**-i, **De**-us : * *ni-mis* confortátus est princi-pá[1]-tus[2] e[3]-ó[4]-rum[5].

Ad libitum, Psalmus 33, 1, 12.


31 S. IOANNIS BOSCO, CONF.

AD INTROITUM *Ps. 112, 2-3*

III



Sit no-men Dómini **be**- ne- **dí**-ctum, * *ex hoc* nunc,



et us-que[1] in[2] sǽ[3]-cu[4]-lum[5]. *Ant.*

A so-lis ortu usque ad oc-cá-sum, * *lau-dá*-bile no[1]-men[2] Dó[3]-mi[4]-ni[5].


Ad Communionem, *Psalmus 19, ut in feria III post dominicam IV Quadragesimæ,* 71 (*vel Psalmus 33,* II, 12).

FESTA FEBRUARII


1 S. IGNATII, EP. ET MART.

AD INTROITUM *Ps. 131, 9 et 16*

II



Sa-cer-dó-tes tui indu- án[1]-tur[2] iu[3]-stí-ti- am : * *et san*-



cti tu[1]- i[2] ex[3]-súl[4]-tent[5]. *Ant.*

Sa-cer-dó-tes eius índu-am[1] sa[2]-lu[3]-tá-ri : * *et san*-cti eius exsul-tatió-ne[1] ex[2]-sul[3]-tá[4]-bunt[5].


Ad Communionem, *Psalmus 149, ut in die 2 Iunii,* 178 (*vel Psalmus 33,* III, 14, ℣℣. 1, 5-6, 17 *et seq.*).

2 IN PURIFICATIONE B. M. V.


Ad Introitum, *ut in dominica VIII post Pentecosten,* 115.

AD COMMUNIONEM *Canticum Simeonis (Luc. 2, 29-32)*

VIII



1.*Nunc di-mít*-tis ser-vum[1] tu[2]-um[3], Dó-mi-ne, * *se- cún*-



dum verbum tu[1]- um[2] in[3] pa- ce. *Ant.*

2. *Qui-a vi-*dérunt óculi mei sa-lu[1]-tá[2]-re[3] **tu**-um, * *quod pa-*rásti ante fáciem ómni-um[1] po[2]-pu[3]-**ló**-rum.
3. *Lu-men ad* revela-ti[1]-ó[2]-nem[3] **gén**-tium, * *et gló-*riam ple-bis[1] tu[2]-æ[3] **Is**-raël.

Si opus sit, sine Glória Patri *additur :*

Ps. 47, 2-3, 10-15

1. *Ma-gnus Dó-*minus et lau-dá[1]-bi[2]-lis[3] **ni**-mis * *in ci-*vitáte Dei nostri, | in mon-te[1] san[2]-cto[3] **e**-ius.
2. *Fun-dá-tur* exsultatióne univérsæ ter[1]-ræ[2] mons[3] **Si**-on, * *lá-te-*ra Aquilónis, cívi-tas[1] re[2]-gis[3] **ma**-gni.
3. *Sus-cé-pi-*mus, Deus, miseri-cór[1]-di[2]-am[3] **tu**-am, * *in mé-*di-o[1] tem[2]-pli[3] **tu**-i.
4. *Se-cún-dum* nomen tuum, Deus, | sic et laus tua in[1] fi[2]-nes[3] **ter**-ræ : * *iu-stí-*tia plena est déx[1]-te[2]-ra[3] **tu**-a.
5. *Læ-té-tur* mons Sion, et exsúltent fí[1]-li[2]-æ[3] **Iu**-dæ * *pro-pter* iudíci-a[1] tu[2]-a[3], **Dó**-mine.
6. *Cir-cúm-da-*te Sion et comple-ctí[1]-mi[2]-ni[3] **e**-am : * *nar-rá-*te in túr[1]-ri[2]-bus[3] **e**-ius.
7. *Pó-ni-te* corda vestra in vir[1]-tú[2]-te[3] **e**-ius : * *et dis-*tribúite domos eius, | ut enarrétis in pro-gé[1]-ni[2]-e[3] **ál**-tera.
8. *Quó-ni-am* hic est Deus, Deus noster in ætérnum, | et in sǽ[1]-cu[2]-lum[3] sǽ-culi : * *ip-se* re-get[1] nos[2] in[3] **sǽ**-cula.


Ad libitum, Psalmus 33, VIII, 22, *cum terminatione tamen ut supra notatur.*

5 S. AGATHÆ, VIRG. ET MART.


Ad Introitum, *ut in festo S. Annæ,* die 26 Iulii, 190.

AD COMMUNIONEM *Ps. 108, 2-3, 5, 21, 25-26, 30-31*

VI




1. De- us, lau-dem me- am ne ta-cú- e- ris : * qui- a os




peccatóris et os do-ló-si super me apértum est. *Ant.*



2. Lo-cú- ti sunt advérsum me lingua do-ló-sa, * et sermó-
nibus ódii circumde-dé-runt me : et expugna-vé- runt me
gra-tis. Ant.
3. Et po- su- érunt advérsum me ma- la pro bo-nis : * et ó-
di- um pro di-lecti- ó- ne me- a. Ant.
4. Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tu- um : *
qui- a su- á- vis est mi-se-ri-córdi- a tu- a. Ant.
5. Et e- go factus sum oppróbri- um il-lis : * vi-dé-runt me,
et movérunt cá-pi- ta su- a. Ant.




6. Adiu- va me, Dómi-ne, De- us me- us : * salvum me fac




secúndum miseri-córdi- am tu- am. *Ant.*




7. Confi- té-bor Dómino nimis in o-re me- o : * et in médio



multó-rum laudá- bo e- um. *Ant.*



8. Qui- a ásti- tit a dextris páupe- ris, * ut salvam fáceret a




persequénti-bus á-ni-mam me- am. *Ant.*

Ad libitum, Psalmus 33, VI, 16.


11 IN APPARITIONE B. M. V. IMMACULATÆ

AD INTROITUM *Ps. 44, 5*

VIII




Spé-ci- e tua et pulchri-tú¹-di²-ne³ **tu-** a * *in-tén-*de,



próspere pro-cé¹- de², et³ **re-** gna. *Ant.*

*Pro-pter ve-*ritátem, et mansuetúdi-nem¹ et² **iu³-stí-tiam** : * *et de-*dúcet te mirabíliter déx¹-te²-ra³ **tu-a.**

AD COMMUNIONEM *Psalmus 64, 2-9, 10-14*





2. *Ex-áu*-di orati-ó-nem **me**-am : * *ad te* omnis ca[1]-ro[2] vé[3]-ni[4]-et[5].

3. *Ver-ba* iniquórum prævalu-**é**-runt su-**per** nos : * *et im*-pietátibus nostris tu pro-pi[1]-ti[2]-á[3]-be[4]-ris[5].

4. *Be-á*-tus quem elegísti et **as**-sum-**psí**-sti : * *in-ha*-bitábit in á[1]-tri[2]-is[3] tu[4]-is[5].

5. *Re-plé*-bimur in bonis **do**-mus **tu**-æ : * *san-ctum* est templum tuum, | mirábile in[1] æ[2]-qui[3]-tá[4]-te[5].

6. *Ex-áu*-di nos, Deus, salu-**tá**-ris **no**-ster, * *spes óm*-nium fínium terræ, | et in[1] ma[2]-ri[3] lon[4]-ge[5].

7. *Præ-pa*-rans montes in virtúte tua, | ac-**cín**-ctus potén-**ti**-a : * *qui con*-túrbas profúndum maris, | sonum flú[1]-ctu[2]-um[3] e[4]-ius[5].

8. *Tur-ba*-búntur gentes, | et timébunt qui hábitant términos a **si**-gnis **tu**-is : * *éx-i*-tus matutíni et véspe-re[1] de[2]-le[3]-ctá[4]-bis[5].

9. *Flu-men* Dei replétum est aquis, | parásti **ci**-bum il-**ló**-rum : * *quó-ni*-am ita est præpa-rá[1]-ti[2]-o[3] e[4]-ius[5].

10. *Ri-vos* eius inébria, | multíplica ge-**ní**-mina **e**-ius : * *in stil*-licídiis eius lætá-bi[1]-tur[2] gér[3]-mi[4]-nans[5].

11. *Be-ne*-díces corónæ anni benigni-**tá**-tis **tu**-æ : * *et cam*-pi tui replebún-tur[1] u[2]-ber[3]-tá[4]-te[5].

12. *Pin-gué*-scent speci-**ó**-sa de-**sér**-ti : * *et ex*-sultatióne col-les[1] ac[2]-cin[3]-gén[4]-tur[5].

13. *In-dú*-ti sunt aríetes óvium, | et valles abun-**dá**-bunt fru-**mén**-to : * *cla-má*-bunt, éte-nim[1] hym[2]-num[3] di[4]-cent[5].

12 Ss. septem Fundatorum Ord. Serv. B. M. V.

Ad Communionem, *ut in festo Ss. Primi et Feliciani, Mm.,* die 9 Iunii, 179 (*ad libitum, Psalmus 33,* 1, 12).

22 Cathedra S. Petri Apostoli

Ad Introitum Státuit, *ut supra,* 141.


Ad Communionem Tu es Petrus, *Psalmus 138,* 184.

24 *vel* 25 S. MATTHIÆ APOSTOLI

Ad Introitum, *ut in festo S. Bartholomæi, ad Communionem,* 199, ℣℣. 2 *et seq., præter* ℣. 6.

AD COMMUNIONEM *Psalmus 125*

I



1. *In con*-verténdo Dóminus captivi-**tá**- tem **Si**- on : * *fa-*

Die 1 novembris



cti sumus sic-ut[1] con[2]-so[3]-lá[4]- ti[5]. con[2]-so[3]-lá[4]-ti[5].

2. *Tunc re*-plétum est gáudi-**o** os **no**-strum : * *et lin*-gua nostra ex-sul[1]-ta[2]-ti[3]-ó[4]-ne[5].

3. *Tunc di*-cent **in**-ter **gen**-tes : * *Ma-gni*-ficávit Dóminus fáce[1]-re[2] cum[3] e[4]-is[5].

4. *Ma-gni*-ficávit Dóminus fáce-**re** no-**bís**-cum : * *fa-cti* su[1]-mus[2] læ[3]-tán[4]-tes[5].

5. *Con-vér*-te, Dómine, captivi-**tá**-tem **no**-stram, * *sic-ut* tor[1]-rens[2] in[3] Au[4]-stro[5].

6. *Qui sé*-mi-**nant** in lá-**cri**-mis, * *in ex*-sulta-ti[1]-ó[2]-ne[3] me[4]-tent[5].

7. *E-ún*-tes **i**-bant et **fle**-bant, * *mit-tén*-tes sé[1]-mi[2]-na[3] su[4]-a[5].

8. *Ve-ni*-éntes autem vénient cum exsul-**ta**-**ti**-**ó**-ne, * *por-tán*-tes ma-ní[1]-pu[2]-los[3] su[4]-os[5].

Ad libitum, Psalmus 33, 1, 12.

27 *vel* 28 S. Gabrielis a Virgine Perdolente, Conf.

Ad Introitum, *ut in festo S. Ioannis Damasceni,* die 27 Martii, 174.

Ad Communionem, *Psalmus 20,* 155 (*vel Psalmus 33,* 1, 12).

FESTA MARTII

10 Ss. Quadraginta Martyrum

Ad Communionem, *Psalmus 33,* I, 12, ℣℣. 1, 11, 17 *et seq.*

19 S. IOSEPH, SPONSI B. M. V. CONF.

Ad Communionem, *Psalmus 111,* 155 (*vel Psalmus 33,* VII, 22).

24 S. Gabrielis Archangeli

Ad Introitum *et* **ad Communionem,** *ut in festo S. Michaelis Archangeli,* die 29 Septembris, 206.

25 IN ANNUNTIATIONE B. M. V.

Ad Introitum Vultum tuum, 158.

Ad Communionem, *Psalmus 44, ut in festis B. M. V.,* 160, *vel Psalmus 18 ut in dominica IV Adventus,* 32 (*seu Psalmus 33,* I, 12).

27 S. IOANNIS DAMASCENI, CONF., DOCT.

AD INTROITUM *Ps. 72, 25 et 28*



Mi-hi autem adhærére **De**-o bo-**num** est : * *pó-ne*-re in Dómino De[1]-o[2] spem[3] me[4]-am[5].

Ad Communionem, *ut in dominica XIV post Pentecosten,* 125.

28 S. Ioannis a Capistrano, Confessoris

Ad Communionem, *ut in dominica Quinquagesimæ,* 50 (*vel Psalmus 33,* I, 12).

FESTUM APRILIS

14 S. Iustini Martyris

Ad Introitum, *ut in feria VI Q. T. Septembris, ad Communionem,* 130, ℣℣. *2 et seq.*


Ad Communionem, *ut ad Communionem* Et si coram homínibus, 148 (*vel Psalmus 33,* I, 12, ℣. 1, 15, 17 *et seq.*).

FESTA MAII


I S. IOSEPH, OPIFICIS

AD INTROITUM *Ps. 126, 2 (Nov. psalt.)*

III



Va-num est vobis súrgere **an**-te **lu**-cem, * *se-dé*-re



in[1] mul[2]-tam[3] no[4]-ctem[5]. *Ant.*

Qui man-ducátis panem **du**-ri la-**bó**-ris : * *quó-ni*-am largítur diléctis su[1]-is[2] in[3] som[4]-no[5].


Ad Communionem, *ut in dominica XII post Pentecosten,* 121 (*vel Psalmus 33,* VI, 16).

11 SS. PHILIPPI ET IACOBI, APOST.


Ad Introitum, *ut ad Communionem* Gaudéte, iusti, 147, *cum terminatione* f.

AD COMMUNIONEM *Ps. 32, 1-3, 6, 12-13, 18*

IV



1. *Ex-sul*-táte, iu^{1}-sti^{2}, in^{3} **Dó**-mi-no : * *re- ctos* decet col-



lau^{1}-dá^{2}-ti^{3}-o^{4}. *Ant.*

2. *Con-fi*-témini Dó-mi^{1}-no^{2} in^{3} **cí**-thara : * *in psal*-tério decem chordárum psál-li^{1}-te^{2} il^{3}-li^{4}.

3. *Can-tá*-te ei cán^{1}-ti^{2}-cum^{3} **no**-vum : * *be-ne* psállite ei in vocife-ra^{1}-ti^{2}-ó^{3}-ne^{4}.

4. *Ver-bo* Dómini cæ^{1}-li^{2} fir^{3}-**má**-ti sunt : * *et spí*-ritu oris eius omnis vir-tus^{1} e^{2}-ó^{3}-rum^{4}.

5. *Be-á*-ta gens, cuius est Dómi-nus^{1}, De^{2}-us^{3} **e**-ius : * *pó-pu*-lus, quem elégit in heredi-tá^{1}-tem^{2} si^{3}-bi^{4}.

6. *De cæ*-lo re^{1}-spé^{2}-xit^{3} **Dó**-minus : * *vi-dit* omnes fíli-os^{1} hó^{2}-mi^{3}-num^{4}.

7. *Ec-ce* óculi Dómini super me-tu^{1}-én^{2}-tes^{3} **e**-um : * *et in* eis, qui sperant super misericór-di^{1}-a^{2} e^{3}-ius^{4}.

Ad libitum, Psalmus 33, IV, 14.


12 Ss. Nerei et Sociorum, Martyrum

Ad Communionem Gaudéte iusti, 147.


13 S. Roberti Bellarmino, Episc., Conf. et Eccl. Doct.

AD COMMUNIONEM *Psalmus 91, 2-3, 5-6, 13-14*

I



1. *Bo-num* est confi-**té**- ri Dó-**mi**- no : * *et psál*-le-re



nómini tu- o[1], Al[2]-tís[3]-si[4]- me[5] : *Ant.*

2. *Ad an*-nuntiándum mane miseri-**cór**-diam **tu**-am : * *et ve*-ritátem tu[1]-am[2] per[3] no[4]-ctem[5].

3. *Qui-a* delectásti me, Dómine, in fa-**ctú**-ra **tu**-a, * *et in* opéribus mánuum tuá-rum[1] ex[2]-sul[3]-tá[4]-bo[5].

4. *Quam ma*-gnificáta sunt ópera **tu**-a, Dó-**mi**-ne! * *ni-mis* profúndæ factæ sunt cogita-ti[1]-ó[2]-nes[3] tu[4]-æ[5].

5. *Iu-stus* ut **pal**-ma flo-**ré**-bit : * *sic-ut* cedrus Líbani mul-ti[1]-pli[2]-cá[3]-bi[4]-tur[5].

6. *Plan-tá*-ti in **do**-mo Dó-**mi**-ni, * *in á*-triis domus Dei no[1]-stri[2] flo[3]-ré[4]-bunt[5].

Ad libitum, Psalmus 33, I, 12.


26 S. Philippi Nerii, Confessoris

Ad Introitum, *ut in sabbato Q. T. Pentecostes,* 102.


Ad Communionem, *ut in dominica III Quadragesimæ,* 64, *præter* ℣. 2.

31 B. MARIÆ VIRGINIS REGINÆ

AD INTROITUM *Ps. 44, 11-12 (Nov. psalt.)*

1 

Au-di, fília, et vide, et inclína **au**- rem **tu**- am, * *et*



*o-*blivíscere pópulum tuum | et do-mum[1] pa[2]-tris[3] tu[4]- i[5]. *Ant.*


Et con-cupíscet rex pulchri-**tú**-dinem **tu**-am : * *ip-se* est dóminus tuus; ob-sé[1]-que[2]-re[3] e[4]-i[5].

Ad Communionem, *ut in festis B. M. V., Psalmus 44,* 160, ℣℣. 1, 5 *et seq.*

FESTA IUNII


2 SS. MARCELLINI ET SOCIORUM MM.

AD COMMUNIONEM *Ps. 149, 1-6*



1. *Can-tá*-te Dómino **cán**-ti-cum **no**-vum : * *laus e*-ius in

1 2 3 4 5



eccle-si[1]- a[2] san[3]-ctó[4]-rum[5]. *Ant.*

2. *Læ-té*-tur Israël in eo, qui **fe**-cit **e**-um : * *et fí*-lii Sion exsúltent in[1] re[2]-ge[3] su[4]-o[5].

3. *Lau-dent* nomen **e**-ius in **cho**-ro : * *in tým*-pano et psaltéri-o[1] psal[2]-lant[3] e[4]-i[5].

4. *Qui-a* beneplácitum est Dómino in **pó**-pulo **su**-o : * *et ex*-altábit mansué-tos[1] in[2] sa[3]-lú[4]-tem[5].


5. *Ex-sul*-tábunt **san**-cti in gló-**ri**-a : * *læ-ta*-búntur in cu-bí[1]-li[2]-bus[3] su[4]-is[5].

6. *Ex-al*-tatiónes Dei in gúttu-**re** e-**ó**-rum : * *et glá*-dii ancípites in má-ni[1]-bus[2] e[3]-ó[4]-rum[5].

Ad libitum, Psalmus 33, III, 14, ℣℣. 1, 17 *et seq.*

4 S. FRANCISCI CARACCIOLO, CONF.

AD COMMUNIONEM *Ps. 30, 2-4, 6, 7-8*



1. *In te*, Dómine, sperávi, | non confúndar **in** æ- **tér**-



num : * *in* *iu*-stítia tu-a[1] lí[2]-be[3]-ra[4] me[5]. *Ant.*

2. *In*-*clí*-na ad me **au**-rem **tu**-am, * *ac*-*cé*-lera ut[1] é[2]-ru[3]-as[4] me[5].

3. *Es*-*to* mihi in Deum protectórem, | et in **do**-mum refú-**gi**-i : * *ut sal*-vum[1] me[2] fá[3]-ci[4]-as[5].

4. *Quó*-*ni*-am fortitúdo mea, | et refúgium **me**-um es tu : * *et pro*-pter nomen tuum dedúces me, | et e[1]-nú[2]-tri[3]-es[4] me[5].

5. *In ma*-nus tuas comméndo **spí**-ritum **me**-um : * *re*-*de*-místi me, Dómine, De-us[1] ve[2]-ri[3]-tá[4]-tis[5].

6. *E*-*go* autem in Dómi-**no** spe-**rá**-vi : * *ex*-*sul*-tábo et lætábor in miseri-cór[1]-di[2]-a[3] tu[4]-a[5].


5 S. Bonifatii, Episcopi et Martyris

Ad Communionem, *Psalmus 131*, 150 (*vel Psalmus 33*, VII, 22, ℣℣. 1, 17 *et seq.*).


9 SS. PRIMI ET FELICIANI MM.

AD COMMUNIONEM *Ps. 88, 2, 4, 6, 20-22, 25, 29*


I



1. *Mi*-*se*-ricórdias Dómini in æ-**tér**- num can-**tá**-bo : * *in*



ge-neratiónem et generatiónem | annuntiábo veritátem tuam in[1]



o[2]-re[3] me[4]-o[5]. *Ant.*

2. *Dis*-*pó*-sui testaméntum eléctis meis, | iurávi David **ser**-vo **me**-o : * *Us*-*que* in ætérnum præpará-bo[1] se[2]-men[3] tu[4]-um[5].

3. *Con*-*fi*-tebúntur cæli mirabília **tu**-a, Dó-**mi**-ne : * *ét*-*e*-nim veritátem tuam in ecclé-si[1]-a[2] san[3]-ctó[4]-rum[5].

4. *Tunc lo*-cútus es in visióne sanctis tuis, et dixísti : | Pósui adiutórium **in** po-**tén**-te : * *et ex*-altávi eléctum de[1] ple[2]-be[3] me[4]-a[5].

5. *In-vé*-ni David, ser-vum me-um : * *ó-le*-o sancto me-o[1] un[2]-xi[3] e[4]-um[5].

6. *Ma-nus* enim mea auxili-á-bitur e-i : * *et brá*-chium meum con-for[1]-tá[2]-bit[3] e[4]-um[5].

7. *Et vé*-ritas mea, et misericórdia me-a cum ip-so : * *et in* nómine meo exaltábi-tur[1] cor[2]-nu[3] e[4]-ius[5].

8. *In æ*-térnum servábo illi miseri-cór-diam me-am : * *et te*-staméntum meum fi[1]-dé[2]-le[3] ip[4]-si[5].

Ad libitum, Psalmus 33, 1, 12, *℣℣.* 1, 15, 17 *et seq. cum terminatione ut supra notatur.*


11 S. Barnabæ Apostoli

Ad Introitum, *ut in festo S. Bartholomæi, ad Communionem,* 199, *℣℣.* 2 *et seq., præter ℣.* 6.


Ad Communionem, *ut in festo S. Matthiæ Apostoli,* 173, *(vel Psalmus 33,* 1, 12*).*

12 SS. BASILIDIS ET SOCIORUM, MM.


AD COMMUNIONEM POSUERUNT *Ps. 78, 1, 3-6, 13*

1


De- us, venérunt gentes in heredi-tá- tem tu- am, * *pol-*



lu- érunt templum sanctum tuum, | posuérunt Ierúsalem in po-



mó-rum[1] cu[2]-stó[3]-di[4]- am[5]. *Ant.*

2. *Ef-fu*-dérunt sánguinem eórum tamquam aquam | in circúi-tu Ierú-sa-lem : * *et non* erat qui[1] se[2]-pe[3]-lí[4]-ret[5].

3. *Fa-cti* sumus oppróbrium vi-cí-nis no-stris : * *sub-san*-nátio et illúsio | his, qui in circú-i[1]-tu[2] no[3]-stro[4] sunt[5].

4. *Us-que*-quo, Dómine, ira-scé-ris in fi-nem : * *ac-cen*-détur velut i-gnis[1] ze[2]-lus[3] tu[4]-us[5].

5. *Ef-fún*-de iram tuam in gentes, quæ te **non** no-vé-runt : * *et in* regna, quæ nomen tuum non in[1]-vo[2]-ca[3]-vé[4]-runt[5].

6. *Nos au*-tem pópulus tuus, et oves **pá**-scuæ **tu-æ,** * *con-fi*-tébimur ti-bi[1] in[2] sǽ[3]-cu[4]-lum[5].

14 S. Basilii Episcopi

Ad Communionem, *Psalmus 118,* 152 (*vel Psalmus 33,* VII, 22).

15 Ss. Viti, Modesti atque Crescentiæ, Mm.

Ad Communionem, *ut in* die 2 Iunii, 178.


18 Ss. Marci et Marcelliani, Martyrum

Ad Communionem, *ut in feria II post dominicam I Quadragesimæ,* 54, (*vel Psalmus 33,* IV, 14, ℣℣. 1, 17 *et seq.).*

19 SS. GERVASII ET PROTASII, MM.

AD INTROITUM *Ps. 84, 3 et 7*

III



Re-mi- sísti iniquitátem **ple-** bis **tu-** æ : * *o- pe*-ru-



ísti ómnia pec-cá[1]- ta[2] e[3]-ó[4]-rum[5]. *Ant.*


De-us, tu convérsus vi-vi-ficá-**bis** nos : * *et plebs* tua læ-tá[1]-bi[2]-tur[3] in[4] te[5].

Ad Communionem, *ut in die 12 Iunii,* 180.


21 S. ALOISII GONZAGÆ, CONF.

AD INTROITUM *Ps. 148, 1 et 3*

III



Lau-dá-te Dómi-**num** de cæ- lis : * *lau-dá*-te e- um[1]



in[2] ex[3]-cél[4]-sis[5]. *Ant.*

Lau-dá-te eum, sol et lu-na : * *lau-dá*-te eum, omnes stel[1]-læ[2] et[3] lu[4]-men[5].

Ad Communionem, *ut in feria III post Pentecosten,* 99.

22 S. Paulini Episcopi, Confessoris

Ad Communionem, *Psalmus 131,* 150.

23 In vigilia S. Ioannis Baptistæ

Ad Communionem, *ut in festo S. Matthæi, Apost.,* 205.


24 IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ

Ad Introitum, *ut ad Introitum* Iustus ut palma, 154.


AD COMMUNIONEM *Canticum Zachariæ (Luc. 1, 68-79)*

Versiculi 9, 10 et 11 iuxta codices antiquos potissimum cantandi sunt ante alios versus.

II



1. *Be-ne- dí*-ctus Dómi-nus[1], De[2]-us[3] Is-ra- ël, * *qui- a* vi-



sitávit, | et fecit redemptió-nem[1] ple[2]-bis[3] su[4]-æ[5]. *Ant.*

2. *Et e-ré-*xit cornu sa[1]-lú[2]-tis[3] **no**-bis : * *in do-*mo David pú[1]-e[2]-ri[3] su[4]-i[5].

3. *Sic-ut lo-*cútus est per[1] os[2] san[3]-**ctó**-rum, * *qui a* sǽculo sunt pro-phe[1]-tá[2]-rum[3] e[4]-ius[5].

4. *Sa-lú-tem* ex in-i[1]-mí[2]-cis[3] **no**-stris, * *et de* manu ómnium qui[1] o[2]-dé[3]-runt[4] nos[5] :

5. *Ad fa-ci-*éndam misericórdiam cum pá[1]-tri[2]-bus[3] **no**-stris : * *et me-*morári testamén-ti[1] su[2]-i[3] san[4]-cti[5].

6. *Ius-iu-rán-*dum, quod iurávit ad Abra-ham[1], pa[2]-trem[3] **no**-strum, * da-tú[1]-rum[2] se[3] no[4]-bis[5].

7. *Ut si-ne* timóre, de manu inimicórum nostró-rum[1] li[2]-be[3]-**rá**-ti, * ser-vi[1]-á[2]-mus[3] il[4]-li[5].

8. *In san-cti-*táte et iustíti-a[1] co[2]-ram[3] **ip**-so, * *óm-ni-*bus di[1]-é[2]-bus[3] no[4]-stris[5].

9. *Ad dan-dam* sciéntiam salú-tis[1] ple[2]-bi[3] **e**-ius : * *in re-*missiónem pecca-tó[1]-rum[2] e[3]-ó[4]-rum[5].

10. *Per ví-sce-*ra misericórdi-æ[1] De[2]-i[3] **no**-stri : * *in qui-*bus visitávit nos, ó-ri[1]-ens[2] ex[3] al[4]-to[5].

11. *Il-lu-mi-*náre his, qui in ténebris, et in um-bra[1] mor[2]-tis[3] **se**-dent : * *ad di-*rigéndos pedes nostros in[1] vi[2]-am[3] pa[4]-cis[5].


28 In vigilia Ss. Apostolorum Petri et Pauli

Ad Communionem, *ut in festo,* 184, ℣℣. 1, 4, 10, *(vel Ps. 33,* VI, 16*)*.


29 SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI

AD INTROITUM *Ps. 138, 17-18*

III



Mi-hi autem nimis honorificáti sunt amíci **tu-** i, **De-**




us : * *ni-mis* confortátus est princi-pá[1]- tus[2] e[3]-ó[4]-rum[5]. *Ant.*


Di-nu-merábo eos, | et super arénam multi-**pli-ca-bún**-tur : * *ex-sur*-réxi, et ad[1]-huc[2] sum[3] te[4]-cum[5].

AD COMMUNIONEM *Ps. 138, 1-6, 13-14, 17-18, 23*


VI




1. Dómi-ne, probásti me, et cogno-ví-sti me : * tu cogno-




vísti sessiónem me- am et resurrecti- ó-nem me- am. *Ant.*




2. Intel- le- xísti cogitatiónes me- as de longe : * sémi- tam




me- am et funículum meum inve- sti- gásti. *Ant.*



3. Et omnes vi- as me- as præ-vi-dí-sti : * quia non est sermo




in lingua me- a. *Ant.*




4. Ecce, Dó-mine, tu cognovísti ómnia, no-vís-sima et an-


tíqua : * tu formásti me, et posuísti super me ma- num
tu- am. Ant.
5. Mi-rá-bi-lis facta est sciénti- a tu- a ex me : * confor-
tá-ta est, et non pó-te-ro ad e- am. Ant.
6. Qui- a tu posse-dísti re-nes me- os : * susce-pí-sti me
de ú-te-ro ma-tris me- æ. Ant.
7. Confi- té-bor tibi quia terribíliter ma-gni- fi-cá-tus es : *
mi-ra-bília ópera tu- a, et ánima mea cognó-scit nimis. Ant.
8. Mi- hi au-tem nimis honorificáti sunt amí- ci tu- i,




De- us : * nimis confortá-tus est princi-pá-tus e- ó-rum. *Ant.*




9. Di-nu-me-rábo eos, et super arénam mul-ti-pli-cabúntur: *



exsurré-xi, et adhuc sum te-cum. *Ant.*



10. Pro-ba me, De- us, et sci-to cor me- um : * intérro-ga



me, et cognósce sémi- tas me- as. *Ant.*

Ad libitum, Psalmus 33, VI, 16.

30 In Commemoratione S. Pauli Apostoli


Ut in Conversione, die 25 Ianuarii, 167 (*vel Psalmus 33,* I, 12).

FESTA IULII


1 PRETIOSISSIMI SANGUINIS D. N. I. C.

AD INTROITUM *Ps. 88, 6 et 8*

III



Con-fi- tebúntur cæli mirabília tu- a, Dó-mi- ne : *



ét- e-nim veritátem tuam | in ecclé-si^{1}- a^{2} san^{3}-ctó^{4}-rum^{5}. *Ant.*

De-us, qui glorificátur in consíli-**o** san-**ctó**-rum : * *ma-gnus* et terríbilis | super omnes qui in circú-i^{1}-tu^{2} e^{3}-ius^{4} sunt^{5}.


Ad Communionem, *ut in dominica I Passionis*, 74 (*vel Psalmus 33*, VIII, 22).

2 IN VISITATIONE B. MARIÆ VIRG.


Ad Introitum, *ut ad Introitum* Vultum tuum, 158.

AD COMMUNIONEM *Canticum B. M. V. (Luc. 1, 46-55).*

I



1. *Ma-gní-* ficat ánima **me-** a Dó-**mi**-num, * *et ex-*



sultávit spíritus meus | in Deo, sa-lu^{1}- tá^{2}-ri^{3} me^{4}- o^{5}. *Ant.*

2. *Qui-a* respéxit humilitátem an-**cíl**-læ **su**-æ : * *ec-ce* enim ex hoc beátam me dicent | omnes ge-ne^{1}-ra^{2}-ti^{3}-ó^{4}-nes^{5}.

3. *Qui-a* fecit mihi **ma**-gna qui po-**tens** est : * *et san*-ctum^{1} no^{2}-men^{3} e^{4}-ius^{5}.

4. *Et mi*-sericórdia eius a progénie **in** progé-**ni**-es * ti-mén^{1}-ti^{2}-bus^{3} e^{4}-um^{5}.

5. *Fe-cit* poténtiam in **brá**-chio **su**-o : * *di-spér*-sit supérbos men-te^{1} cor^{2}-dis^{3} su^{4}-i^{5}.

6. *De-pó*-suit po-**tén**-tes de **se**-de, * *et ex*-al-tá^{1}-vit^{2} hú^{3}-mi^{4}-les^{5}.

7. *E-su*-riéntes im-**plé**-vit **bo**-nis, * *et dí*-vites di-mí^{1}-sit^{2} in^{3}-á^{4}-nes^{5}.

8. *Sus-cé*-pit Israël, **pú**-erum **su**-um, * *re-cor*-dátus miseri-cór^{1}-di^{2}-æ^{3} su^{4}-æ^{5}.

9. *Sic-ut* locútus est ad **pa**-tres **no**-stros, * *A-bra*-ham et sémini e-ius^{1} in^{2} sǽ^{3}-cu^{4}-la^{5}.

Ad libitum, Psalmus 33, I, 12, *vel Psalmus 44*, 160.

3 S. Irenæi Episcopi, Martyris

Ad Communionem, *ut in feria IV post dominicam I Passionis*, 76.

5 S. Antonii Mariæ Zaccaria, Conf.

Ad Communionem, *Psalmus 33*, VI, 16.

10 Ss. septem Fratrum Martyrum

Ad Communionem, *Psalmus 33*, I, 12, ℣℣. 1, 7, 9, 15, 17 *et seq.*

14 S. Bonaventuræ Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Ut in Communi Doctorum, 152.

15 S. Henrici, Imperatoris, Conf.

Ad Communionem, *ut in festo S. Ludovici*, 199.

16 B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo

Ad Communionem, *ut in festis B. M. V.*, 160 (*vel Psalmus 33*, I, 12).

18 S. Camilli de Lellis, Confessoris

Ad Communionem, *Psalmus 33*, I, 12.

S. Symphorosae cum septem Filiis, Mart.

Ad Communionem, *Psalmus 33*, I, 12, ℣℣. 1, 15, 17 *et seq.*

20 S. Hieronymi Æmiliani, Confessoris

Ad Communionem, *Psalmus 33*, III, 14.

23 S. Apollinaris Episcopi, Martyris


Ad Communionem, *Ps. 131*, 150 (*vel Psalmus 33*, VII, 22, ℣℣. 1, 15, 17 *et seq*).

25 S. IACOBI APOSTOLI

Ad Introitum, *Psalmus 138,* 199, ℣℣. 2 *et seq., praeter* ℣. 6. (*In Hispania autem, Psalmus 18,* 32, ℣℣. 2 *et seq. cum terminatione* **D**).


AD COMMUNIONEM *Psalmus 115*

I



1. *Cré-di-* di, propter **quod** locú- **tus** sum : * *e- go* autem

1 2 3 4 5



humili- á[1]- tus[2] sum[3] ni[4]- mis[5]. *Ant.*

2. *E-go* dixi in ex-**cés**-su **me**-o : * Om-nis[1] ho[2]-mo[3] men[4]-dax[5].

3. *Quid re*-tríbuam, Dómino, | pro ómnibus quae re-**trí**-buit **mi**-hi? * *Cá-li*-cem salutáris accípiam, | et nomen Dómi-ni[1] in[2]-vo[3]-cá[4]-bo[5].

4. *Vo-ta* mea Dómino reddam | coram omni **pó**-pulo **e**-ius : * *pre-ti*-ósa in conspéctu Dómini mors san[1]-ctó[2]-rum[3] e[4]-ius[5].


5. *O Dó*-mine, quia ego **ser**-vus **tu**-us : * *e-go* servus tuus et fílius an[1]-cíl[2]-læ[3] tu[4]-æ[5].

6. *Di-ru*-písti víncula mea, | tibi sacrificábo **hó**-stiam **lau**-dis, * *et no*-men Dómi-ni[1] in[2]-vo[3]-cá[4]-bo[5].

7. *Vo-ta* mea Dómino reddam | in conspéctu omnis **pó**-puli **e**-ius : * *in á*-triis domus Dómini, | in médio tu-i[1], Ie[2]-rú[3]-sa[4]-lem[5].


In Hispania *autem et ubi adhibetur Missa propria* Ponam in eis, *psalmus praecedens cantatur ut infra :*

III



1. *Cré-di-* di, propter **quod** locú-**tus** sum : * *e- go* autem

1 2 3 4 5




humili-á[1]- tus[2] sum[3] ni[4]-mis[5]. *Ant.*

Ad libitum, Psalmus 33, III, 14.


26 S. ANNÆ MATRIS B. MARIÆ V.

AD INTROITUM *Ps. 44, 5*

I



Spé- ci- e tua et pulchri-tú-di-ne tu- a * *in-tén-*de,




próspere pro-cé[1]- de[2], et[3] re[4]-gna[5]. *Ant.*


Pro-pter veritátem, et mansuetúdinem, et iustí-ti-am : * *et de*-dúcet te mirabíliter déx[1]-te[2]-ra[3] tu[4]-a[5].

AD COMMUNIONEM *Ps. 44, 2, 5, 8, 10-13, 15*


VI



1. E-ru-ctá-vit cor me- um verbum bo-num : * di-co e-go




ó-pe-ra me- a re-gi. *Ant.*




2. Spé- ci- e tua et pulchri- tú-di-ne tu- a * inténde,



próspere pró-ce-de, et regna. *Ant.*




3. Propter ve-ritátem, et mansuetúdi-nem, et iustí- ti- am : *




et dedúcet te mira-bí- li-ter déxte- ra tu- a. *Ant.*



4. Di- le- xí-sti iustítiam, | et odísti in- iqui-tá- tem : * pro-
ptér-ea unxit te Deus, Deus tu- us, óleo lætítiæ præ consór-ti-
bus tu- is. Ant.
5. Asti- tit regína a dextris tuis in vesti-tu de- aurá-to : *
circúmdata va-ri- e- tá-te. Ant.
6. Audi, fí- lia, et vide, et inclí- na aurem tu- am : * et obli-
víscere pópulum tu- um, et domum pa- tris tu- i. Ant.
7. Et concu-píscet rex de- có-rem tu- um : * quó-ni- am ipse
est Dóminus Deus tu- us, et ad-o-rá-bunt e- um. Ant.




8. Et fí- li- æ Ty-ri in muné-ri-bus * vultum tuum depréca-



búntur : omnes dí-vi- tes ple-bis. *Ant.*



9. Addu-céntur regi vír-gi- nes post e- am : próximæ eius af-fe-



réntur ti-bi. *Ant.*

30 Ss. Abdon et Sennen Martyrum

Ad Communionem, *ut in die 12 Iunii,* 180.

31 S. Ignatii Confessoris

Ad Communionem, *ut ad Communionem* Amen dico vobis, 155 (*vel ad libitum, Psalmus 33,* I, 12).

FESTA AUGUSTI

1 Ss. Machabæorum Martyrum

Ad Communionem Dico autem vobis, *Psalmus 118,* 39.

2 S. Alfonsi Mariæ de Ligorio, Ep., Conf. et Doct.

Ad Communionem, *Psalmus 91, ut in die 13 Maii,* 176 (*vel Psalmus 33,* I, 12).


4 S. Dominici, Confessoris

Ad Communionem, *Psalmus 111,* 155 (*vel Psalmus 33,* VII, 22).


6 TRANSFIGURATIO D. N. I. C.

AD INTROITUM *Ps. 83, 3-4*

III



Cor me- um, et ca- ro **me-** a * *ex-sul-*tavérunt in[1]




De[2]- um[3] vi[4]-vum[5]. *Ant.*

